

Kreis
Steinfurt

S 261

1279 April 22.

[30

Die Burgmannen in Fresenborg (Kr. Utschendorf) bekunden den Verkauf des Erbes Overmann in Booc, Bschft. Hesepe, Kipl. Neppen.

Universis presenciam visuris nos castellani in Vresenberg universi notum facimus, quod Stephanus dictus Heye constitutus in nostra presenciam vendidit . . . priorisse et conventui monasterii Novalis sancte Marie domum suam sitam Booc, in qua moratur Rodolfus colonus suus, solventem annuatim decem molcia siliginis mensure legalis et consuete, cum omnibus iuribus, proventibus et attinenziis eiusdem domus pro triginta et quinque marcis Osnaburgensis legalis et usualis monete in festo beati Martini hiemalis integraliter persolvendis tali condicione, quod iidem priorissa et conventus emendabunt prebendam suam serotinam buturi cum novem molciis dicte domus, cum

residuo molcio agent memoriam in die beate Margarete omnium ad emptionem istam manum adiutricem eis porrigentium et omnium fidelium defunctorum, et advocatus eorum seu prepositus vel alius quicumque nichil iuris aut consuetudinis in domo eadem poterit vindicare, quia in meram proprietatem eam vendidit eisdem. In cuius testimonium presenciam nobilis viri Ecberti comitis de Benthem ac nostro sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec presentibus Everhardo Svenken, Hinrico Surmunt, Hermanno dicto Peteman, Hermanno dicto Sallant, Frederico de Hesepe militibus; Everhardo de Vresenberg, Gotscalco de Reken, Ot(tone), Cracht(ton), Werenboldo de Duthe et aliis pluribus probis viris. Datum X^o Kal. Maii, anno Domini M^occ^olxx^oix^o.

Orig. Siegel ab. Rückschrift: T huus to Boec. Overmans erve; Overhuß. IX. Kap. I. 42. Vergl. die Urkunde 13 von 1221.